f. 111)



na namq· dierum comsumatus est mundus· In quo donec sumus in carne positi
praesentis uitę tempus uideri potest. In septimana namq· dierũ consumatus
est mundus· In quo donec sumus in carne positi aliquidum puri esse non possumus -
nisi octaua uenerit dies· id est nisi futuri saeculi tempus adfuerit; In quo tamen
die qui masculus est· & uiriliter egerit statim in ipso aduentu futuri saeculi pur-
gatur· & statim munda efficitur mater quae genuit cum purgatã namq; uitiis
carnem ex resurrectione receperit· Si uero nihil in se habuit uirile aduersum
peccatũ· sed remissus & effeminatus fuit in actibus suis· cuius peccatũ tale est· quod non
remittatur neq· in praesenti saeculo neq· in futuro· iste transit & unam & alteram
septimanam in inmunditia sua· & tertia demum incipiente aboriri septimana
purgatur ab inmunditia· qua feminã pariendo contraxit· hostię uero quae pro
huiusmodi inmunditia iubentur adhiberi, dupliciter distinguntur· primo iu-
betur agnus offerri anniculus sine macula in holocaustũ & pullos colũ binos·
aut turtures pro peccato· Secunda uero mandatur hostia si inquit inuenerit
manus eius quod sufficiat ad agnum· accipiet duas turtures aut duos pullos colũ-
barum· unum ad holocaustum & alium pro peccato· unde & mirum uidetur quod
oblatio marię non habuerit hostiam primam id est agnũ anniculũ sed secundũ
tamquã cuius manus non sufficerit ad primã· Sic enim scriptum est de ea· uene-
runt inquit parentes eius· ut offerrent pro eo hostiam secundum quod scriptũ
est in lege dñi· par turturum aut duos pullos columbarum· sed in hoc ostenditur
uerum esse illud quod scriptum est· quia xp̄s ihs cum diues esset pauper factus est· Ideo
ergo & matrem de qua nasceretur· elegit pauperem & patriam pauperem· de qua
dicitur· & tu bethleem minima es in milibus iuda & reliqua· uerum haec breuiter
transcurrere cogimur· nec singula quae sunt scripta discutere· quõ quidem festi-
namus aliquit etiam de legibus leprę quae recitata sunt retractare· Inuenimus er-
go sex species positas esse in de hominũ lepra· quae sex species hoc modo describun-
tur· aut enim in cute corporis fit cicatrix & signum ex albidum fit in cute corpo-
ris eius contagio leprae· aut efflorens efflorebit lepra· & conteget omnẽ cutem
contagio a capite usq; ad pedes eius· uel tertia species in carnis cute fit ulcus & sa-
natur· & fit in loco ipso ulceris cicatrix alba· aut in carnis cute fit adustio ignis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0481